

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ebrietas d (2)
cum fonte primo

Ebrius uultu deiecto supinus accumbit
et sui omnino nescius spectaculum se conuiuio prebet,
et dum nichil consequitur sanum
nullo alio cogente preter uinum cordis sui archana patefacit
et amicorum sibi commissa secreta in medium prodit.

Augustinus ibidem (ad sacras uirgines).

Sic itaque dum quisquis immoderatus convivioque medius
amissis modestiae frenis insana fuerit ebrietate prostratus,
aversus respicit nutantes, quos integros videre nequivit, aut
sermone longo superflua verba emittit et vana dicta componit
male clamans et bene sibi sonans;
vultu deiecto supinus accumbit,
vomitur et sui omnino nescius spectaculum convivio praebet.
Et dum nihil consequatur sanum,
nullo alio cogente praeter vinum cordis sui archana patefacit
et amicorum sibi commissa secreta in medium prodit.

Pseudo-Augustinus, *De sobrietate et castitate*, 1.6
(CSEL 99, L.J. Dorfbauer ed., p.116, ll.6-14).